

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Illvstrivm Virorum Epistolae, Hebraicae, Graecae et
Latinae, Ad Ioannem Reuchlin Phorcensem virum nostra
aetate doctissimum diuersis temporibus missae**

Reuchlin, Johannes

Hagenoae, 1519

Gabriel Boffus Mantuanus secretarius, Ioanni Reuchlin Photocensi. S. D.

[urn:nbn:de:bsz:31-270838](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-270838)

EPIS ILLVST. VIRORVM AD

quem pro sua clementia proq; mea in illum fide & meritis exorandum speraui. Vale, mei memor. v. Aprilis. M. CCCC. V.

Gabriel Bossus Mantuanus Secretarius, Ioanni Reuchlin Phorcensi. S. D.

Spectabilis & clarissime doctor tanq; frater honoratissime. Accepi literas tuas humanitatis & eloquentiae plenas, quibus exemplaris Homericæ expeditione accuratissime mihi comendasti. Recte sane facis ut qui alioquin doctissimus es, etiam illa heroica lectio ne plurimum delectari uidearis. Veruntamen non erat opus adderes calcaria equo sponte currenti. Ego enim pro mea in te obseruantia nihil quod ad rei perfectionem attinet intactum reliqui, futurumq; ita est ut librum ipsum breui in manibus meis sim habiturus, quem postmodum ad te transmittendum diligenter curabo, quo uoti tui compos fias. Vale mi frater suauissime, & me ut tuo utere. Mantuae. xiii. Kalen. Ianuarias. Anno. M. CCCC. XC.

Gabriel Bossus Ioanni Reuchlin Phorcensi. S. D.

Spectabilis & prelatissime doctor tanq; frater honoratissime. Redditæ mihi fuerunt literæ tuæ, iiii. No. Martias obsignatæ, quibus percepi ardentissimum animi tui desiderium, ut Homerus in latinum translatus de quo iam diu firmissimam spem tibi inieci, ad te illico afferatur, aperuistiq; propterea mihi baiuli occasio nem, ne diutius in desiderio atq; expectatiõe tenearis. Ego qui promissa in animo semper infixæ habui, laboraui die noctuq; ut Homerus ipse totus sine mora transcriberetur. Verum fortuna aduersante scriptor uariis implicitis negotiis inchoatum opus absoluerenon dum potuit totum, Quapropter ne uerba pro factis tibi dari fortasse putes, statui partem ipsam perfectam magistro Petro Arlunensi Papiæ studentis ad te dare, quo dum altera pars perficietur, interim aliquid habeas quo cum musis ludere possis. Mitto igitur quinternos ut aiunt octo, inter quos ultimus est paucum scriptus, & illud est in causa, quod in exemplari nihil in latinum amplius inueniebatur translatum. Quare non admirare debueris, reliqua omni diligentia persolui curabo. Vale. Et si aliud est quod a me uelis iube, præcipe, mandata. Nam nunc mihi plurimum satisfacere uidebor, cum cognouerit tibi usui atq; adiumento fore. Quingentulis, vi Nonas Aprilis. M. CCCC. LXXX. primo.